et steterunt iuxta aqueductum pisci
ne superioris que est in uia agri fullonis.
Vocaueruntque regem. Egressus est autem
ad eos eliachym filius elchie prepositus
domus: et sompnas scriba et ioahe filius
asaph a commentariis. Dixitque ad eos
rapsaces. Loquimini ezechie. Hec dicit
rex magnus assyriorum. Que est ista
fiducia qua niteris. Forsitan inisti con
silium. ut prepares te ad prelium. in quo
confidis. ut audeas rebellare. An spe
ras in baculo harundineo atque confrac
to egypto. super quem si incubuerit homo.
comminutus ingredietur manum eius et
perforabit eam. Sic est pharao rex egip
ti omnibus qui confidunt in se. Quod
si dixeritis mihi in domino deo nostro habemus
fiduciam: nonne iste est cuius abstu
lit ezechias excelsa et altaria. et pre
cepit iude et ierusalem: ante altare hoc ado
rabitis in ierusalem. Nunc ergo transite ad
dominum meum regem assyriorum: et dabo uobis
duo milia equorum. et uidete an habere uale
atis ascensores eorum. Et quomodo potestis
resistere ante unum satrapham de ser
uis domini mei minimis: An fiduciam ha
bes in egypto propter currus et equites:
Numquid sine domini uoluntate ascendi
ad locum istum ut demolirer eum: Do
minus dixit mihi. Ascende ad terram hanc
et demolire eam. Dixerunt autem eli
achim filius helchie et somna et ioae
rabsaci. Precamur ut loquaris nobis
seruis tuis syriace. Siquidem intelligi
mus hanc linguam: et non loquaris nobis
iudaice audiente populo qui est super murum.
Responditque rapsaces. Numquid ad do
minum tuum et ad te misit me dominus
meus ut loquerer sermones hos et non
potius ad uiros qui sedent super murum ut come
dant stercora sua et bibant urinam
suam uobiscum. Stetit itaque rapsaces: et
clamauit uoce magna iudaice et ait.
Audite uerba regis magni regis assiriorum.
Hec dicit rex. Non uos seducat ezechias.

Non enim poterit eruere uos de
manu mea. neque fiduciam uobis tribuat
super domino dicens. eruens liberabit nos
dominus: et non tradetur ciuitas hec in manu
regis assiriorum. Nolite audire eze
chiam. hec enim dicit rex assiriorum.
Facite mecum quod uobis est utile. egredi
mini ad me: et comedet unusquisque
de uinea sua et de ficu sua. et bibetis aquas
de cisternis uestris: donec ueniam et tran
feram uos in terram. que similis terre uestre
est: in terram fructiferam et fertilem uini.
terram panis et uinearum. Terram oliua
rum. et olei hac mellis: et uiuetis et non
moriemini. Nolite audire ezechiam:
qui uos decipit dicens. Dominus liberabit
nos. Numquid liberauerunt dii gentium
terram suam de manu regis assiriorum:
Ubi est deus emath. et arphath. ubi est deus
sepharuaim. ana et aua. Numquid
liberauerunt samariam de manu mea:
qui nam illi sunt in uniuersis diis terrarum.
qui eruerunt regionem suam de manu mea.
ut possit eruere dominus ierusalem de manu mea:
Tacuit itaque populus et non respondit ei quicquam. Siquidem

H. T. Steterunt in ascensu la
cus superioris in mesilloth
agri fullonis. et cum exis
set ad eum eelchim qui
erat prepositus domus

H. commentariis scriptor

H. forsitan uerbi labiorum
cogitatio potestis ante
impugnas. Nunc in quem
sperasti qui superbe egisti
in me. ecce sperasti ipse
in baculo harundineo
quassatorum etc.
Numquid in uerbis la
biorum atque consi
lium uirtus est bel
li.

H. T. quomodo auertes
faciem capitanei unius
ex seruis domini mei nouis
simis.

H. T. Et dixit iudeis dixit
helyachim ad rapsacen
loquere ad pueros tuos syri
ace.

H. ut quidem ad ui
ros populi sedentes super mu
rum ut comedant cum.

H. ut manducent ster
cum suum et bibant u
rinam suam uobiscum si
mul.

H. ubi sunt dii terre et ar
chan
H. De brachio meo hec non
liberauit dominus ierusalem de
lancea mea.